

Die Urkunden Karls des Großen, 93

Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum omnibus fidelibus nostris tam presentibus quam et futuris. Cognoscat magnitudo seu industria vestra, eo quod venerabilis vir Fulradus abba de monasterio sancti Dionysii martyris, ubi ipse preciosus corpore requiescit, detulit nobis concessionis vel confirmationis anteriorum regum seu domino et genitori nostro Pippino quondam regis, qualiter a longo tempore omnis tolloneos de villabus memoratae ecclesiae seu de homines, qui super terras eorum commanere videntur, [vel] de negotiantes eorum, qui per ipsa casa dei sperare noscuntur, ad ipsa casa dei concessissent. Sed nos, dum iti in eorum confirmationis vel preceptionis anteriorum regum invenimus, quod a longo tempore fuit concessum, propterea per praesentem auctoritatem nostram denuo confirmamus, ut per regna deo propicio nostra Francia et Italia tam de navibus, qui per universa flumina ad surrectum seu ad discensum, vel carra adque eorum saumas necnon de homines eorum seu negotiantes, qui per ipsa casa [dei] sperare videntur, ubicumque [in] quascumque pagus tam in civitates castellis vicis portis pontis publicis vel reliquas marcadus advenerint, nec de hominis eorum, qui super eorum terris commanere videntur, nec in eorum villas vel agros nec de hominis, qui ad foras in eorum villas ad negociandum vel vino comparandum advenerint, nullum tolloneum neque exclusaticum neque decimum nec borganatico nec rotatico nec pontatico nec cispetatico nec pulveratico nec salutatiego nec mutatico nec de navis vel carra eorum nec de saumas neque de hoc, quod homines eorum ad eorum dorsum portant, nec ad eorum negotiantes, qui per ipsa casa dei sperare noscuntur, nec in eorum villas nec agros nec de hominis, qui ad foras in eorum villas ad negociandum vel vina comparandum advenerint, nec ad nostrum opus nec ad vestrum nec ad iunioris seu successorisque vestros in nullo modo nullo telloneo nullo exclusatico infra regna Francia et Italia seo ubicumque neque decimum exigere nec exactare non debeatis, nisi, ut diximus, sicut in eorum strumenta tenere videntur, infra regna deo propitio nostra sicut habeant concessum adque indulatum. Et [ut] haec praeceptio firmior habeatur, subter eam decrevimus roborare et de anolo nostro sigillare.

Signum (M.) Caroli gloriosissimi regis.

Wigbaldus advicem Hitherii recognovit.

Data pridie idus marcas anno septimo et primo regni nostri; actum Carisiaco palatio publico; in dei nomine feliciter amen.